

DE
FORO COMPETENTI
PROVOCATIONVM
EX
PRACTICA L. DIFFAMARI V. C. DE
INGEN. MANVM. ET L. SI CONTENDAT XXVIII. I.
DF FIDEIVSSORIBVS.

P R A E S I D E
IOANNE HARTWICH REVTERO

PROFESSORE IURIS PUBLICO ET FACULTATIS IURIDICAE ASSESSORE

AD DIEM MAII. MDCCCLI.

D I S S E R E T

A V C T O R R E S P O N S V R V S

ADOLPHVS FRIDERICVS LOCCENIVS

STRELITZA - MEGAPOL.



HALAE MAGDEBURGICAE

L I T T E R I S H E N D E L I A N I S.

45

10
FEDOR COMPEL
KUNIGEASCUPI


ES CUDOMNIPRAGOCDE
DNI MAMMAM TALIUS COZI TALIUS MAMMAM
SCHILOVSKYAT

11
RIVATRYA NINISCI

ADOGA DINDRIGA FOCENNA
ZEGEL + KIRCHNER

12
KUNIGEASCUPI

AM



referred to as the "Book of the Dead". It is a collection of spells and incantations used by ancient Egyptians to ensure a smooth transition from life to death. The book consists of approximately 19 chapters, each containing a specific spell or formula. These spells were intended to help the deceased in their journey through the underworld, where they faced various challenges and obstacles. The book also includes instructions for the preparation of the body for burial, the creation of funerary offerings, and the provision of necessities for the afterlife.

§. I.



S_iquod remedium iudiciale concipitur, quo *Quid prouo-*
determinatum tantum subiectum com-*catio, prouo-*
pellendi ius habemus ad actum quendam, *cans, prouo-*
qui, si intentioni nofra euentus respon-*catus, iudi-*
det nos commodo, sin secus incommo-*cium prouo-*
do adficit, vel actus hic litigium ponit *catorium,*
contra nos sub pena perpetui silentii fuscitandum, vel *processus*
non. Priori in casu *prouocationis* in strictiori sensu sum-*prouocato-*
tae notionem adsequimur, quam determinate conceptam
sequentem dare lubet; remedium scilicet iudiciale, quo
determinatam tantum personam nonnisi ad litigium in
causa contra nos in iudicium deducenda sub pena per-
petui imponendi silentii compellendi ius habemus. Qui

A 2

prouocatione contra aliquem vtitur, *prouocans*, is vero, contra quem alter eadem vtitur, *prouocatus* audit. Iudicium, quod ex prouocatione hac oritur, *prouocatorii iudicii* nomine venit, atque processus, quo instituta prouocatione ventilanda, *processus prouocatorius* dicitur, quem summarium esse ad vnum, quod sciam, omnes DD. testantur, quemque delineatum nobis dedit *illustris Fride-*
ricianae Director c. g. KNORRE in libro, cuius titulus
Anleitung zum gerichtlichen Procesz. B. 5. H. St.

Incicias equidem non iuerim, latiorem prouocationis significatum haud infrequentem occurrere. Sic non ignota est prouocatione creditorum moro concursum, per proclamationem desponsatorum, ad diuisiōnē, eaque, quae fit ab auctore in termino, quo reus comparuit, ad litis contestationem etc. Sed a nostro scopo hic sensus prouocationis alienus est, quum de foro competenti iudicij prouocator ex l. diffamari atque ex l. si contendat pauca commentari animus ferat. Vtramque prouocationem adtentiori animo perlustranti, atque puocatum, mox ad agendum, mox ad diuulgatorum probationem compelli perpendenti obscuræ non erit nostra definiendi ratio, videbitque talpa non coecior, manifesto se dare errori, quibus prouocatum ad instituendam semper actionem, aut proponendam repliecam adstringere. visum fuit. Iudicij vocabulum in eo hic sensu sumi, quo ipsam causæ controversæ disceptationem coram persona publica hunc in finem constituta auctoritate denotat, vix est, quod moneam.

§. II.

Quid differet inter prouocationem et diffamacionem? Si quis adseruit, quae nos tangunt, quaeque, si vera haberentur, in praeiudicium nostrum vergerent, vel coram iudice sua eum in finem proposuit adserita, vt eorum conuinceremur, vel non. posteriori in casu vel adserens ius sibi tribuit, intuitu cuius qua reus a probatione liber est, vel minus. Si posterius, *diffamare* dicitur. *Diffama-*

*damatio itaque est adserio, quae nos tangit, quaeque si vera haberetur, in nostrum praeiudicium vergeret, ab eo profecta, qui neque eandem, ut eius conuincerebatur, coram iudice proposuit, neque per eandem sibi ius tribuit cuius intuitu qua reus a probatione liber est. Sed diffamans vel in dolo est, dum in praeiudicium nostrum quid adserit, vel non. Priori in casu *diffamatio dolosa* est, quae si vel maxime diffamans non nisi de iure sibi contra nos competenti plorarius fuerit, absque iniuria non committitur l. 15. §. 33. ff. de iniur.*

Nullum processum ex diffamatione deceni, fatentur DD.
 1) si possessor de iure sibi competenti gloriatuſ fuerit, ne commoda poſſeſſionis ipſi hac ratione interuerterentur, vid. ill. KNORRE
l. c. §. 14. ibique adleg. D.D. 2) Si cauſla iam in iudicium deducta, quippe quae aut contra noſmetipſos foret proposita, aut contra terriuum, atque ſicuti priori cauſa noſtrarum partium eſt, defenſionem fuſcipere, ita posteriori in cauſa, ſi noſtra intereſt, interueniendo rerum noſtrarum fatagere. BERGER *El. proc. prov. th. 18.*
 3) ſi de auertenda inquifitione, cui iam locus eſt, agitur. BERGER
*l. c. th. 15. n. 2. RICHTER P. 2. Dec. 100. n. 24. 4) ſi quod adſerum ac diuulgatum eſt, non niſi tertium tangit BLVM. pro-
 ceſſ. cam th. 36. n. 24. ſegg. BERGER *l. c. th. 17. 5) Si quis, quod aliud in praeiudicium noſtrum non tamen imuriā propala-
 uit ſeu diffamationem aliū, quae nullam tamen noſtram iniuriā conineret, rerulit. BERGER l. c. n. 5. Si enim probatio eius fuſciperebatur adſtruendum ſaltim, alium eiusmodi quid diuulgasse, quod parum vel nihil noſtra refert, ſi quod alter dixiſſet, nulla eſt iniuria. Quae ſi adcuratori mentis lance trutinauerit aequis rerum arbitr̄, atque ſecum reputauerit, fruſtra diffama-
 tionem statui, ſi nulli prouocationi inde copia fiat; ei non displicet
 noſtra diffamationis vocabulum explicandi ratio, quam non
 ſequirur BERGER *l. c. §. 9. vbi ipſi diffamare nihil aliud eſſe
 viſum eſt quam tacite ad iudicium vocare & ſe ad agendum arcta-
 re. Sed, quod ingenue fateor, nec ingenium, nec veritatē la-***

pere mihi videtur, in quo sibi placuit BERGERVS, ad certamen suam mutuans a GAILL. l. Q. i. Obs. g. n. 5. Inuria autem diffamationi insit, ac publica & palam diuulgata fuerit, necesse non est. Prius haud obscure colligere licet ex verbis Ord. Cam. P. 2. t. 25. Diffamation gefährlicher, betrüglicher weise oder in andere wege dem andern zu Nachtheil und Beschwerungen geschehen, nec non ex verbis l. 5. C. de ingen. manum diffamari statum ingenuitatis seu errore seu maliginitate quorundam periniquum &c. Verum nihilominus, non quidem irre ciuili romano, sed iure imperii ad omnem diffamationem dolum & animum nocendi requiri est visio BERGERI l. c ff. 9. Quum tamen verba: oder in andere wege &c. oppositum animi nocendi innuere videntur utrumque textum ita in consonantiam tandem redigit, vt secundum ius imperii sufficere existimet, si vel dolus ex re, qui errorum non excludit, ex diffamatione pelluecat. Sed patum abest, quin bonam causam male defenderit BERGERVS, nodumque fane in scirpo quaesuerit. Ceterum nec regula abhorret, quam iam BARROSA in Thesaur. L. 4. c. 32. ff. 3. sequentem in modum vititur: *Quoties alicuius interest, defendi sanam, bona, possessionem, remedium l. diffamari obtinet, ideo comparatum, vt talia feruentur ab omni inquietatione secura.* Controversiam quandam aliquando intuitu huiusc quæstionis in foro agitaram fuisse memorat III. a LEYSER Sp. 87. M. 1. Titius nimurum Sempronium de soluenda ipsi pecunia ex fideiinssione debita humanissimis litteris interpellat. Sempronius inde se diffamatum credit atque vt ius suum in iudicio persequuntur sub poena perpetui silentii compareat, prouocat. Titius propter deficiemt injuriam eiusque diuulgationem diffamationem omnem abesse contendit, sed recte nihilominus item secundum Sempronium ICti Helmstadenses dederunt,

§. III.

Quid prouocatio ex l. diffamari & l. si contendat. Prouocatio, si quam ponimus, vel eo tendit, vt diffamans causam diffamationis legitime in iudicio euictam det, vel is eius scopus est, vt exceptionem quandam specialem merita causae concernentem, quae alioquin deterrior

7

rior futura est, conseruemus. Priori casti prouocatio dicitur ex l. diffamari s. C. de ingen. manum. aut, si mauis, prouocatio ex practica l. diffamari; posteriori vero prouocatio ex l. si contendat 28. ff. de fidei usq. aut, si terminus gravis est, ex practica l. si contendat audit. Sed diffamationis causa vel est actio preuocato contra prouocantem competens, vel non. Priori casu ad actionem instituendam: posteriori vero saltim ad causam diffamationis probandam prouocatio intenditur. In prouocatione vero ex l. si contendat prouocantis intentio est, ut prouocatus contra exceptionem replicam, aut ipsam, contra quam exceptionem prouocans conseruare studet, actionem proponat. Ill.

K N O R R E l. c. §. 3. 15. 19.

Non deficere, qui natales horum remediorum, de quorum viridi obseruantia ac vsu nemo dubitat, ex citatis legibus reperierunt, quibus tamen, si curtius eas dispicimus, nisi nomen ad ceptum nihil ferunt. Tenor l. s. C. de ingen. manum. sequens est: *Diffamari statum ingenuorum seu errore seu maligne quorundam periniquum est, praesertim quam adfimes diu praesidem rimum atque alterum interpellatum a te, vocitasse diuersam partem, ut contradictionem faceret, si defensionibus suis consideret. Vnde constat merito rectorem provinciae commotum allegationibus tuis sententiam dedisse, ne cetero inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc diuessa pars perseverat in eadem obstinatione, aditus praeses provinciae ab iniuria temperari praecepit.* Nihil ex hac lege constare existimo, nisi Crescentem cui ingenuitatis status quaestio mota erat erar, praediuciale actionem instituere, probationibus suis in medium prolati statum tueri, atque non obstante aduersarii contumacia, sententiam tandem vi etriacem impetrare posse. Actoris igitur solae, neutquam vero rei partes ipsi conceduntur. Ipse statum suum mota actione probarum dat, neque adeo diffamationem compellit, ut nisi aererne filere velit, diffamationis causam evincat. Legis 28. ff. de fidei usq. verba sequentia sunt: *si contendat fidei usq; ceteros soluendo esse, etiam exceptionem ei dandam, si non & illi soluen-*

do

do sint. Ex qua lege, nisi quod confideiussori sine dubio conuen-
 to integrum sit, exceptione diuisonis vti, dum reliqui soluendo sint,
 nec quicquam colligere poteris. Migras ratiocinandi regulas, si
 statim inde manifestum esse putas, sideiussorem prouocare posse
 creditorum, quantumuis nondum egerit, vt replica sua diuisionis
 exceptionem excipiat. Non immerito itaque ex moribus & vsu fo-
 ri, quem iam FRIEDERICI III. temporibus inualuisse ex BLA-
 RERO notat BERGER I. c. §. 6. utramque prouocationem ini-
 tium duxisse, emunctioris naris DD. tantum non omnes statuant.
 Sed longius ex iis quidam adhuc abeunt, vt ne quidem analogiam
 iuris romani eius furfus prouocationes ferre declamarent. Intui-
 tu prouocationis ex l. diffamari BERGERVM hic quidem nomi-
 nasse sufficiat. Argumenta eius quibus vtritur, sub incudem reno-
 care eo minus ab re erit, quo magis si firmo starent talo, non
 possunt non prouocatorum procelium ex nostris hodie foris pro-
 scribere. Sic autem rationes subducit c. l. §. 5.: sed nec spectata
 quidem iuris analogia ista exceptio sustineri potest, propterea quod
 nulla detur actio, nisi interst l. 14. ff. de cond. furtiv. l. 11. C. de
 paet. Iam nihil hoc loco interest diffamari. Ab, ait, utique eius-
 dem interest propter laesonem familiae & existimationis aut iactacionem
 alterius, rem ad se pertinere. Verum intelligendum est, bac ina-
 nia verba. & iactabunda, & minas lusorias minus curari a praetore
 l. 4. ff. si cui plus quam per L. Falcid. l. 9. ff. quod met. cauſa
 quodsi vero nihil secius interest ratione rei familiaris semper dabi-
 tur actio, itemque si existimatio violetur proposita est iniuriarum
 actio l. 15. ff. 33. ff. de iniur. Accedit, quod alioquin fruſtra ex-
 ceptions in iure dicentur perpetuae l. 5. ff. vlt. de dolo mal. & met.
 exc. fruſtra quoque examen testium ad perpetuam rei memoriam e. 41.
 X. de testib. c. 5. X. vt lit. const. permitteretur. Concederem equi-
 dem actionem ei non dari, nihil cuius interest, negarem tamen
 atque pernegarem prouocantis ex l. diffamari non referre, quod
 prouocauerit, quum medio vsus sit, quo vanissimae iactationis suae
 aduersarius publicae redargui possit. Non curat quidem praetor
 inania & iactabunda verba minasque lusorias, sed vi citatarnm le-
 gum saltim ita non curat, vt ideo ex capite metus in integrum re-
 fitueret, aut cautionem legatariis Falcidiac causa iniungeret. In-
 iuria

iuriarum teneri; si quis non debitorem quasi debitorem adpellauerit, adserit quidem *VLPIANVS in c. l. 15. §. 33. ff. de iniur.* Sed rectissime addit: iniuriae facienda causia. Verum enim vero non solum animus injuriandi in diffamante nou semper deprehenditur: verum etiam prouocatio ex L. diffamari existimationi nostrae satius prospicit. Exceptions ex regula quidem perpetuae sunt, sed dantur, quae temporis lapsu expirant. Ipsae quoque perpetuae exceptions tempore possunt fieri deteriores, tam ratione probatio-
nis, quam ex alia quoque causa v. c. in beneficio diuisionis & ex-
cussionis, si reliqui confideiussores, debitörue principialis soluendo
esse desinunt. Nec omnem rem confidere videtur concessa in per-
petuam rei memoriam probatio. Non enim modo nostra potest
interesse, vt statim causa diffamationis falsa declaretur, verum
etiam quantumuis probatio salva sit, ex aliis tamen causis lapsu
temporis exceptions pessundari possunt. Quin iudicij prouocato-
rii ex L. diffamari, quod euericulum omnium mendaciorum no-
minat *FREHERVS de fam. L. 2. c. 17. n. 2.* utilitatem ipse agnoscit
BERGERVS I. c. §. 6. vbi postquam prouocationem hanc, nihil im-
pedientibus legibus imperii, latius extensam esse adstruxit, nec im-
merita, inquit, quo compescantur ii etiam, qui passim praedicant,
& in vulgus emitunt errore, dolo, vel opinione se habere ius in al-
terius bonis: quae quidem diffamatio, quum multum noceat possidenti-
bus & interdum alienationem, deterritis quippe emtoribus, impe-
diat, inuenient productumque fuit hoc iudicium vel favor diffamati,
vel odio diffamenti, vel veroque respectu, ut scilicet agat diffamans,
& iura, quae sibi competere iactitauit exprimat, aut postbac in per-
petuum sileat. Certe non haberet, quod laudibus efficeret reme-
diū, si praet remedii iure romano & canonico concessis nihil
praecipui praeclararet. Mirifice quoque sibi imponunt, qui prouo-
cationem ex L. diffamari multum in analogiam & principia iuris ro-
mani impingere inde arbitrantur, quod nuda saepè diffamans ad-
seritionis suae nullum ius agendi innuentis probatione defungi de-
beat, v. c. si diffamans diffamatum multum aeris alieni constasse,
virginem aliquot iam puerulos esse enixam &c. nihilo tamen minus
diffamans ad agendum prouocetur. Sed fungus ei esset pro cere-
bro, qui in propositis calibus prouocationem ad instituendam actio-
nem quandam intenderet. *Vfus* quidem remedii ex l. diffamari,



quum' latius serperet, coangustatus est in R. I. de 1532. atque permisus saltem in caussis ruptae pacis publicae, atrocium iniuriarum & aliis. Quum autem quaenam caussae sub hisce *aliis causis* laterent, ambigeretur, loco aliarum caussarum expressum est: *in similibus* in R. I. de 1548. quae interprete BERGERO l.c. grauissimae caussae sunt, vrpote vis publica, sepulchrum violatum, talesque, quibus ob factum traductionem scandalum publicum oriri, ac quomodo cuncte tranquillitas imperii turbari posset. Vide quoque GAILL. I Obs. X. n. 1. 6. Sed testatur BERGERVS, in aliis locis, quam quidem camera imperii, fere vbique huius imperii constitutionis rationem non haberi, omnibusque in caussis provocatorum iudicium admitti, adeo, ut ne quidem caussae sub conditione aut die conceptae obligationis exceptae sint. Dissentit quidem quoad ultimum CARPOLOVIVS P. I. Conf. 7 Def. ult. propterea quod ante existentem conditionem atque diem actio instituitur non detur. Sed recte eum quoad utramque prouocationem refellit BRUNNEMANNVS ad l. 28. ff. de fidei. n. 10. & u. eiusque obiectiōnibus satisfacit BERGERVS l. a. §. 16. & 31.

§. III.

*In utraque
prouocatio
ne poena
perpetui
silentii obti
net.*

Quum prouocatus ad aetum quandam iudiciale su-
scipiendum sub poena perpetui imponendi silentii compel-
latur (§. 1.) consequens est, ut eadem quoque poena tam
in prouocatione ex l. diffamari, quam in prouocatione ex
l. si contendat, atque in illa intuitu actionis, si quam sibi
contra prouocatum competere iactanterit diffamans, in hac
vero intuitu replicae, qua exceptionem prouocantis elideret,
locum sibi vindicet. WERNER. P. 2. Obs. 487.

Notissima prouinde in prouocatione ex l. si contendat prounun-
ciandi formula: *Dass Prōvocantēs seine wider prōvocatēs An und
Zusprüche habende Exceptiones billig bey kräfftēn bleibēn, prōvocatēs
Ringegen wegen seiner davider habenden replie ein ewiges Stillschweigen
ausserleget wird.* Quamvis sufficiere possit formula: *Dass prō
vocantēs seine - - - billig bey kräfftēn bleibēn, ex qua quippe, quod
sequitur, prōno fluit alueo.* Merito igitur reicitur perendi ratio,
quam

quam sequentem in modum init SCHWENDENDORFF, ad Fi-
big. proccff. p. 1790. bittet demnach auf erfolgter Antwort zu erkennen,
dass Beklagter seine vermeinte Zusprüche — — einzubringen
und zu erweisen schuldig, in verbleiben dessen werde ihm ein ewiges
Stillschweigen auferlegt. Parum quoque sese commendat formula,
quam idem l. c. p. 1597. sequentem in modum suppeditat; Def-
wegen dann prouocant von prouocaten richtige Einlassung auf die an-
gezogene exceptiones — — und bittet hierauf zu erkennen und aus-
zusprechen, dass prouocant der von ihm angebrachten exception hal-
ber von Impioratens gemachten Anspruch gänzlich zu entbinden und
los zu zählen &c. Non enim ea prouocationis ex l. si contendat
indoles est, ut prouocatus ad instituendam actionem probandum
que absitile adigitur, quod prior tamen innuit formula, aut ad
absoluendum ab actione reum tendat, cuius posterior formula ha-
bet rationem.

§. V.

Quum in prouocatione ex l. diffamari causam diffama- *Quid sit pro-*
tionis euictam dare, in prouocatione vero ex l. si conten- *cessus prin-*
dat, nisi ipsa expressim instituatur actio, replicam propo- *cipalis intra-*
nere teneatur prouocatus (§. 3.); processus quidam con- *itu processus*
cipitur, qui prouocatorum processum excipit, qui hic *prouocato-*
processus principalis nomine insignitur. Verum quam- *rii.*
quam tantum non semper in processu hoc principali actio
quaedam ventiletur (§. cit.); actio tamen concipi datur,
quae prouocationem qua talem sequitur, quae, quum &
ipsa prouocatio actio sit, huius intuitu *principalis actio*
nominatur. Confer. BERGER. l. §. 7. GAILL. Obs. XI.

2. 4.

§. VI.

Si alterum cogere satagimus, vt obligationi suae iuri *Quid sit ius*
nostro respondentи conuenienter viuat, ius nostrum perse. *in iudicio*
quimur. Sed vel per iudicem processu quodam praevio *persequi*,
cogimus, vel minus. Priori in casu *ius nostrum in iudicio quid actor*
perse. & reus

persequimur. Iam qui ius suum in iudicio persequitur, vel efficere satagit, ne tam ab altero ius suum persequenti cogatur ad aliquid ei praestandum, quam ut, finita lite, alter potius ad aliquid ipsi praestandum compellatur, vel non. Priori in casu *aetor:* posteriori vero *reus* in significatu specialiori dicitur. Latiori enim in sensu & aetor iam audit, qui suum in iudicio ius persequitur, & reus est quilibet, contra quem alter ius suum in iudicio persequitur.

Sicuti vero latissimus aetoris & rei sensus hic curae cordique non habeo, ita quos distinxii, nemo in dubium vocabit, non immemor vulgatorum: Reus excipiendo fit aetor, aetor replicando fit reus, *I. i. ff. de except.* Vulgo aetorem per eum definit, qui in iudicio persequitur, quod sibi debetur: sed an aetorem inter & reum, quod intercedit, discrimen satis inde eluceat, subsistit.

§. VII.

In processu prouocatorio tam ex practica I. diffamari, quam ex practica I. si contendat, prouocans qua talis aetor est, prouocatus vero qua talis reus. Prouocans in utroque processu prouocatorio judiciali utitur remedio, quo prouocatum sub poena perpetui imponendi silentii iure compellat ad litigium in causa contra ipsum in iudicium deducenda suscipiendum (§. 1.). Quare quum prouocatus ad idem illud non possit non esse obligatus, prouocans suum vtique in iudicio ius persequitur (§. 5.). Sed qua prouocans non tam efficere nititur, ne a prouocato qua tali ceu ius suum persequenti ad aliquid cogatur, quam ut prouocatus ipsi ad aliquid praestandum, ad actum scilicet in iudicio expediendum adigatur (§. 1. & 3.). Quare in utroque processu prouocatorio, tam ex I. diffamari, quam ex I. si contendat prouocans qua talis aetor est (§. 5.), prouocatus igitur qua talis non potest non esse reus (§. 5.).

Quum

Quum itaque in prouocatorio processu prouocans auctoris vices tueatur, prouocatus vero rei actionem quandam prouocans contra prouocatum mouerit, necesse est. Cuinam autem actionum classi adscribenda sit eiusmodi prouocatoria actio, de eo quaedam inter DD. orta est dissentio. Siue autem eandem conditionem ex lege, in primis ex moribus, siue implorationem officii iudicis nominare velis, per me quidem licet. Sublestae enim sunt rationes, quas contra conditionem ex lege sequentem in modum subducit BACHOVIVS ad Treut. Vol. i. Disp. 25. tb. 1. Non recte, scilicet exemplum conditionis ex lege paret ex I. diffamari C. design. manum: quia nihil hic petitur dari aut fieri, sed tantum imploratur officium iudicis sui, ut iniuste diffamanti praefigatur terminus ad agendum & probandum, aut perpetuum ei silentium imponatur, & hic nullum adhuc iudicium, nulla reuera actio est. Nonne autem peritur, ut aliquid fiat, si prouocans instat, ut prouocatus agat, aut diffamationis causam probatam det, nisi in perpetuum filere velit? Ego quidem putarem. Interim posterior denominatio sci-licet imploratio officii iudicis anfa quibusdam fuit, ut in errorem delapsi sint, Vide GAILL. I. I. 1. Obs. II. n. 9.

§. VIII.

Si prouocatio ex I. diffamari instituta atque prouocatus Quando in de actione sibi contra prouocantem competenti gloriatus fuerit; in processu principali prouocatus actor est. In prouo- processu prouocatus actor?

catione ex I. diffamari, si causa diffamationis est actio, quam prouocatus contra prouocantem sibi competere iactitauit, prouocans prouocatum ad instituendam actionem compellere satagit (§. 3.). Quia instituta non potest non oriri processus iutuitu iudicij prouocatorii principalis (§. 6.). Sed quum iam agat, prouocatus non tam efficere conatur, ne a prouocante saltim ad aliquid praestandum compellatur, quam ut prouocans finito principali processu ipsi ad aliquid praestandum adigatur. Quare in prouocatione ex I. diffamari, si de actione sibi contra prouocantem compe-

tente gloriatus fuerit in processu principali prouocatum aetorem esse liquet (§. 5.).

§. IX.

Quando vero reus est de actione sibi contra prouocantem competenti iactitauerit, in processu principali prouocatus pariter, ut in prouocatorio processu vices rei sustinet. In prouocatione ex l. diffamari, si prouocatus actionem quandam sibi contra prouocantem competere iactitauit, prouocatus non compellitur, nisi ut diffamationis causam, quae nulla est actio, probatam det, (§. 3.). Quam probationem, si suscipit, non potest, quin processus principalis inde oriatur (§. 6.). Sed ideo saltim probatione hac defungitur, ne poenam perpetui silentii det, (§. 4. & 3.). Proinde eodem hoc processu, vt efficiat quidem omnem lapidem mouet, ne a prouocante ad aliquid cogatur, sed neutquam praeterea, vt prouocans ipsi finito processu ad aliquid praestandum compellatur. Quare si prouocatio ex l. diffamari instituta atque prouocatus actionem sibi contra prouocantem competere non est gloriatus, in processu principali prouocatus pariter, ut in prouocatorio processu vices rei sustinet (§. 5. 8.).

Maxima intuitu quaestione, quam hic tetigimus, quis scilicet actor quis vero in nostro iudicio, siue prouocatorio, siue principali reus sit, extant sententiarum inter DD. diuertia. Suni, qui in prouocatione ex l. diffamari in utroque processu & principali & prouocatorio prouocato diffamanti vices actoris vindicantur. Facit in hanc sententiam discessionem GAIIL. Q. I. Obs. IX. n. 7. ubi: licet, inquit, non nulli velint, diffamatum actoris loco esse, quod prior ad iudicium prouocet, quia actor ille dicitur, qui prius mouet item — — attamen communis openio in contrarium est, quam etiam camera sequitur, quoad causam principalem, quod videlicet diffamator sit actor & iudicem diffamato tanquam rei sequi teneatur, per rationem praedictam, quod diffamare sit tacite ad iudicem

dicem diffamati prouocare & quod remedium l. diffamari non sit
 actio sed imploratio officii iudicis. Sed sicut prior ratio sublesta,
 quod iam supra notatum, ita posterior oppido falsa est, vide schol.
 ad §. 7. Nec est, quod opinioni aliquid demus, quod communis sit. Suam quoque hanc fecit sententiam BACHOV. ad Treut.
 Vol. 1. Disp. 12. tb. vlt. lit. c. Notandum quoque est CAP PZO VIVS
 P. J. Conf. V. def. 27. vbi: at diffamans, inquit, in iudicio agens
 diffamatorio non actoris, sed rei partes susinet. Proinde diffamatum
 prouocantem iure quoque rei ratione cautionis praestandae
 aestimar. Sed nec desunt, qui vitant vitia & in contraria ruunt,
 rentes, in omni ex prouocatione ex l. diffamari oriundo iudicio
 prouocanti diffamato vices actoris deberi, ducto ex l. diffamari
 §. C. de ing. man. argumento, quum crescentem actorem fuisse
 vero haud absimile videretur. Vide TEXTOR, de R. I. nouiss disp.
 §. tb. 12. seq. Verum qui naturam prouocationis huius ex c. l. §.
 C. de ing. man. indicare sagunt, eos laterem lauare citra pulue-
 ris iactum intelligit, curarius scholium ad §. 3. perpendens. Dan-
 tur quoque, quibus prouocatum ex l. diffamari proprie neque acto-
 rem neque reum esse contendere adridet. STRYK, in not. ad Lau-
 terb. Comp. Dig. 2. de iudic. ad voc. est actor. Cum STRYKLO equi-
 dem ex facili transigerem, quum ipsi l. c. actor reusque videantur
 proprie tales, si solemnis inter ipsos mora fuerit actio. Nec de-
 sunt autem, qui inter ipsam prouocationem arque exinde oriundum
 principale iudicium distinguunt atque utri in illa prouocantem ha-
 bent actorem, ita in hoc eundem esse censent reum. HAHN ad
 WESENB. t. de iudic. n. 16. Calculum sententiae huic adiccit BER-
 GER. l. c. §. 19. ubi: verius est, inquit, in iudicio diffamacionis
 actorem esse diffamatum, propterea quod si indicem actu imploret, ab
 eoque petat perpetui silentii impositionem, in iudicio actionis autam
 actorem esse eum, qui diffamauit, quum agat in causa principalis
 certumque aliquid contra reum petat. Idem quoque sanctum in
 iuenumus IN CODICE FRIEDERICIANO p. 3. T. 7. §. 6. sequentem
 in modum: In dem iudicio diffamatorio ist der prouocant und
 diffamatus actor weil er den diffamantem ad agendum prouocirt,
 der diffamant aber ist der beklagter. Wann der Diffamant die Diffa-
 mation geschehet, sol he als wahr angiebet und seine Klage in des
 prouocanten foro anfelle, so ist er in der Hauptsaechen actor und der
 Dissamat

Diffamat Beklagter. Quae quum ita sint, satis quidem suis principiis conuenienter notat GAILL. l. c. n. 8. excommunicatione maiori ligatum tanquam reum a prouocationis remedio, opposita exceptione excommunicationis, non arceri, nec non diffamatum tanquam reum a diffamatore editionem instrumentorum ad fundandam prouocationem suam perere posse per l. fin. C. de edend. Ad nostra tamen principia si vtrumque exegeris, neutri calculum poteris addere.

§. X.

Quando in processu principali intuitu prouocationis ex l. si contendat acto prouocatus actor vel reus.

Si prouocatio ex l. si contendat iustituta atque prouocatus ipsum deinceps actionem mouet, contra quam exceptionem conservare satagit prouocans, in processu principale prouocans reus, prouocatus vero actor est: si ipsam non iustituit actionem, sed replica saltem vtitur, in processu quoque principali prouocatus rei vices sustinere videtur. Prouocatio ex l. si contendat eum in finem instituitur, ut aut replica proponatur, aut ipsa, si lubet, instituatur actio (§. 3.). Ponas ipsam institui actionem, in processu principali iam causa peragitur (§. 6.). Quo quidem posito prouocatus saltem efficere conari, ne a prouocante ad aliiquid cogatur, dici non potest. Quum tamen ius suum in iudicio persequatur, prouocatum data sub hypothesi in processu principali actorem esse manifestum est. (§. 5.). Ponamus autem prouocatum replica saltem vti, processus quidem principalis adest (§. 6.). Sed quum proposita replica qua tali non agat, sed saltem intendat, ne perpetuum ipsi intuitu eius imponatur silentium, neque ideo exceptio prouocantis farta te&taque sit, neutquam vero praeterea, vt prouocans ipsi ad aliquid praestandum adigatur; in prouocatione ex l. si contendat, si prouocatus non tam actionem iustituit, quam quidem replica vtitur, idem ille in processu principali non potest non vices rei sustinere (§. 5.).

Inde

Inde quoque est, quod si prouocans exceptionis probatione defungi non potuerit, aut prouocatus replicam probauerit, inde que ex prouocatione vixit decesserit, neutiquam condemnatoria sequatur sententia, sed judicetur, daß prouocantis Suchen nicht statt habe. Non sufficiat, si prouocatus actor vicisset, Adpōsite igitur BERGERVS l. e. s. 49. vulgo, inquit, DD. sibi aliisque mirifice imponunt, quum credant etiam in iudicio ex l. si contendat intendi illud; ut reus conuentus ad agendum adigatur. (Abscisse scilicet: in arbitrio enim est prouocati, vtrum agere velit, an in replica adquiescere). Namque ea est, praecipua huins iudicii intentio, ut exceptio competens declaretur i. e. rei exceptiones suas per iudicis declarationem salvas retineant.

§. XI.

Si quem cogitamus locum, vel is eatenus spectabilis, Quid forum tur, quatenus in eodem iurisdictioni alicuius in causis competens? nostris subiecti sumus, vel non. Priori in casu locus iste forum audit. Forum igitur est locus eatenus consideratus, quatenus reus in eodem iurisdictioni alicuius in causis suis subiectus est. Quod quum non possit non esse competens, diuisio fori in competens & incompetens non procedit, nisi in genere forum adcipiatur pro loco ad actionem quandam in eo instituendam relato. Quo quidem sensu posito vel locus iste ita comparatus est, ut ibidem reus quoque iurisdictioni iudicis subsit, vel non. Priori in casu forum competens, posteriori vero incompetens nominatur.

Conceptui fori competentis, quem euolutum dedimus, non aduersari regulam, vi cuius competentia fori, quae non est, nisi abstractum fori competentis, iudicari debet, tam ex qualitate causarum controversiarum, quam ex persona reorum circa pulueris iactum perspicier, qui eundem reum in diuersis suis causis diverso foro vi posse probe considerauerit.

C

§. XII.

Species fori Forum, quod ponimus, competens vel per ius commune determinatur, vel non. Priori in casu *forum commune*: posteriori vero *forum privileiatum* audit. Commune forum vel ad omnes rei causas extenditur, vel non. Illo casu, forum commune *generale*, hoc vero forum commune *speciale* dicitur. Foro communis generali locus est vel propter domicilium, vel non. Ad posterius forum de iure romano referendum forum originis *generale*, quod Romae fuit *l. 33. ff. ad L. Munic. l. 2. l. 24. de indic.* In Germania vero fortum, vbi obtinet, Landfassius: SCHILTER de *Landfassis c. 6. 12.* Immo pertinet huc quoque forum quod, vbi deprehenditur, fortit, qui vbique domi est, nimirum vagabundus. ZANGER. de *exempt. P. 2. c. 1. n. 100.* Prius vero obtinet vel propter domicilium parentis, vel non. Hoc *forum domicilii*, illud vero *forum originis bodiernum est.* Forum speciale autem vel de iure romano ibi est, intuitu munerum publicorum obeundorum, vbi pater oriundus est, vel non. Priori in casu *forum originis speciale* dicitur Posteriori vero vel ratio fori proxime est in facto, vel non. Si posterius vel ratio est in possessione alicuius rei in loco quodam sitae, vel nexus plurium causarum. Illo in casu *forum rei sitae*, hoc vero *forum continentiae causarum* nominatur. Sin prius, vel ratio est in facto aetoris arrestum impetrantis, vel in facto rei. Illud *forum arresti*, hoc vero vel nititur facto rei criminali, atque fundat *forum delicti inchoati aut consummati aut deprehensionis*, vel in facto non criminali, tumque iterum vel tale est, quo consummatio contractus cuiusdam in loco quodam facienda determinata, vel tale est, quo quis se jurisdictioni subiicit, cui alioquin parere non tenetur. Prius forum

*forum contractus, posterius forum prorogatae iurisdictio-
nis est.*

Specialiora intuitu diuersarum fori sperierum euolutarum in
medium profere, supervacuum foret, quum quantum heic
liceret addere, tantum iam fecerint otium digestorum compendia.

§. XIII.

*Actor in foro rei competenti actionem suam instituere Actor sequi-
tenetur, seu actor sequitur forum rei. Si enim actor ex tur forum
periri vult, in foro quodam actionem suam instituat, ne rei
celle est (§. II.). Ponamus auctorem eandem in foro rei
incompetenti mouisse, tum sane reus iurisdictioni judi-
cis, apud quem instituta est actio, non subest, (§. cit.).
Verum si iudex nulla in reum gaudet iurisdictione, fru-
straneo ausu eum cum potestate exequendi condemnare
satagit. Id autem virtutis si iudici non inest, laterem
lauat actor per eundem reum coacturus, ut ipsi aliquid
inuitus quoque praester. Quum igitur frustra in foro rei
incompetenti actio in iudicium ducatur (§. 5.); actor fo-
rum rei sequatur, necesse est.*

Vide c. 8. X. de for. tempor. Idem quoque rescripserunt
DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS in l. 2. C. de iurisd. omn.
*iud. sequentem in modum: iuris ordinem conuerti postulas, vt non
 actor rei forum, sed reus actoris forum sequatur.* Nec non **V A-
 LENTINIANVS, THEODOSIVS & HONORIVS** Imp. in l. 3.
 C. ubi rem act. disertis verbis sanxerunt: *Actor rei forum, sive in
 rem, sive in personam sit actio, sequitur.* Quam autem sine ex-
 ceptione tradunt leges regulam, ab ea **B R V N N E M A N N V S** ad
 cit. ll. in medium profert exceptionem, si priuilegium personarum
 v. c. miserabilium, aut causa ecclesiastica, aut continens adsit.
 Verum quum in communi semper rei foro actionem proponen-
 dam esse, sanctum non sit, cum aliis ibidem cit. DD. suo in con-
 dendis

dendis exceptionibus studio supersedere potuisset. Conuenientius
formae quidem exceptionem fuggerit LANGER l. c. P. 2. l. n. 6.
seq. ubi sequentibus verbis utitur: *Auctor sequitur forum rei, non
reus forum actoris, nisi in iudicio diffamacionis: in quo ciuiliter vel
criminaliter diffamatus, qui citationem contra diffamatorem impe-
rat, auctor est cuius tamen forum diffamator, qui in hoc iudicio reus
est, omnino sequi cogitur.* Verum in materia falsam esse ad-
structam exceptionem ex §. sequenti manifesto adparebit.

§. XIV.

*E. & prouo-
cans.* Prouocatio tam ex l. diffamari, quam ex l. si contendi-
dat a prouocante non nisi in prouocati foro competenti insi-
tuenda est. In prouocatione ex l. diffamari tam, quam
ex l. si contendat prouocans auctor est (§. 7.). Sed auctor
sequitur forum rei (§. 13.). qui in prouocatione tam ex l.
diffamari, quam ex l. si contendat prouocatus est (§. 7.). Quare quin prouocatio tam ex l. diffamari, quam ex l. si
contendat a prouocante in foro prouocati competenti in-
stituenda sit, nullus amplius dubitabit.

Sed ne absque legum adminiculis rationes nostras subduca-
mus, haud abs re erit, sanctionem ordinacionis cameralis P. 2.
T. 25. intuitu diffamacionis ex l. diffamari heic adiungere, cuius
sequentia sunt verba: *Als auch durch die Processe ex l. diffamari die
Sachen ie zu Zeiten anhängig gemacht, und beria b auf ihnen selbst
beruhben bleiben, auch dadurch den Partbeien wider unsre Kesselfl.
und des Reichs Ordnung ihre ordentliche Gericht und Instanz abge-
schnitten und entzogen worden, demnach setzen und ordnen wir daß
lex diffamari an den Cammer Gericht verstanden und gebraucht wer-
den soll, in friedbrüchigen, Schmach und andern derg eichen Sachen,
in denen solche diffamation gefährlicher, betrücker Weise oder
in andere Wege, dem andern Theil zu Nachtheil und Beschwerung
geschehen, auch nicht anders dann so die ansichende Partbey, die in
der Hauptfach Antworther, uns und dem Reich sonst ohne Mittel un-
terworffen, oder an das Cammer Gericht, verm ge unserer und des
Reichs Ordnung, ohne Mittel gehrig — — — und so solcher Proces-
sabach
erkenns*

erkennt und darauf die Diffamation wie sich gebühret in Recht dar-
gethan, soll alsdann dem Diffamanten, so der diffamirte dem Cam-
mer Gericht nicht unterworffen, vor dem Richter, dabin die Sache
ordentlich gehörte eine genante Zeit seine Klage vorzubringen, mit
dem Anhang, wann er das nicht thäte, daß ihm ein ewiges Still-
schweigen aufgelegt seyn sollt, angesetzt, vnd sonst vermöge unserer
und des Reichs gemeinen Rechten und Ordnungen gehandelt und pro-
cedirt werden. Wo aber der diffamat dem Reich nicht ohne Mittel
unterworffen, auch der oder die Sach, ihrer Natur nach, dabin in
ersterer Instanz nicht gehörig: Soll auf Anhalten derselben Parthey
an unsern Keyserlichen Cammer Gericht wieder den diffamanten un-
angesehen, was Obrigkeit derselbe unterworffen kein Proeess erkannt,
sondern die Sachen bey den Punktten der Diffamation und Haupsach
vor die ordentlichen Gerichte gewiesen werden. Tres distinctos heic
definitos reperiri casus pridem notarunt interpres. Quorum
primus est, si prouocans diffamatus iurisdictioni camerae imme-
diata, aut immediate saltim imperio subiectus est, quo quidem
casu iurisdictionem camerae in prouocatione ex l. diffamari in pri-
ma statim instantia fundatam esse haud inepte, si ad ultimum ea-
sum exegeris, colligi datur: secundus non tam prouocationis, quam
iudicii, quod eam excipit, principali forum determinat: tertius
vero si diffamatus prouocans imperio mediate subiectus, neque
caussa sua natura statim ad camerae iurisdictionem pertinet, in pri-
mis huius est loci, cuius definitio, si curatori mentis lance tru-
tinetur, nostra reapse principia fulcit. Quum enim prouocatio-
nem ex l. diffamari statim forsan in camera institutam ad compe-
tentem iudicem vor die ordentliche gerichte remittendam esse inffe-
rit imperii lex: non possumus, sanc quin competenis prouocari
fori districtum rationem habeamus. Neque aduersum tener co-
DICIS FRIDERICIANI sanctio in P. 3. T. 7. §. 1. cuius ipsa
verba addam: es zwar eine general regul, daß niemand gezwun-
gen werden kan wieder seinen Willen zu klagen, es leydet aber diese
Regul seinen Abfall. Erstlich wenn iemand sich berühmt: daß er ei-
ne praecidual Real oder personal action gegen einen andern habe
oder iemanden diffamire, daß er sich ein Recht anmaße, welches
nicht ihm, sondern dem diffamaten zustehe. In diesen Fall steht
dem diffamato frey den diffamanten in dessen foro ordinario zu be-
langen,

langen, und ihn anzuhalten, dass wenn er einige action gegen den kläger, oder einiges Recht an die Sache zu haben vermeinet, in des diffamati foro ordinario klage dieshalb in gewisser Zeit anstellen, oder gewürtigen solle, dass ihm ein ewiges Stilschweigen auferlegt werde. Quum si principio: actor sequitur forum rei, in prouocatione locus relinqueretur, prono, quod aiunt, alioe nostram inde assertionem fluere viderit dissentiens **LUDOVICI** in der Einleit. zum Civilprocess c. V. §. 3. negat ibidem in prouocatione ex l. diffamari huic principio aliquid dandum esse, quinque ante adsererit, institui vbique posse prouocationem ex l. diffamari, iam his verbis vtrum: die Ursache beruhet darinnen, weil diese prouocation nur ein praeparatorium von dem Haupt Procesc ist, welchen hernach der diffamant anstellen, und seine diffamation erweisen soll, und daboro hat alsdann erst die Regul statt: actor sequitur forum rei. vide quoque **BRUNNEM.** ad l. diffamari C. de ingen. manum. Esto; quod prouocatio ex l. diffamari praeparatorium aliquod iudicium sit. In iudicio tamen praeparatorio omni exul esse laudatum principium, nec demonstratum dedit **LUDOVICI**, nec quisquam dederit alias. Neque validius, quamuis audacius est adserit **BACHOVII** ad Teutl. disp. 12. tb. 17. l. c. prouocationem ipsam ex l. diffamari iudicium adpellari non mereri, indeque non hic, sed in principali processu locum esse nostro, in quo cardo rei vertitur, principio: actor sequitur forum rei,

§. XV.

*Quale fo-
rum?*

Prouocatio ex l. diffamari & ex l. si contendat in foro competenti instituenda est prouocati (§. 14.). Competens autem rei forum vel commune est, vel priuilegiatum (§. 12.). Quare prouocatio tam ex l. diffamari, quam ex l. si contendat in foro prouocati priuilegiato, si quod competit, aut, eo deficiente, in foro eius communii mouenda est. Quum autem fori domicilii, originis, vagabundi, rei sitae, continentiae caussarum, arresti, contractus &c. mentio iniecta (§. 12.), ex indole eiuslibet fori, si ad naturam prouo-

prouocationum (§. 3.) expositam exegeris, ex facili adparebit, quanam hic in censum venire possit fori species.

§. XVI.

Quum itaque prouocatio tam ex l. diffamari, quam *Quale non?* ex l. si contendat non nisi in foro competenti prouocati instituenda sit (§. praec.); *prouocationem ex l. diffamari coram quocunque iudice, incompetenti quoque tam ratione prouocantis, quam prouocati, vel saltim coram alterutro iudicio prouocatorio litigantium, vel tantum coram iudice prouocantis: prouocationem vero ex l. si contendat non nisi in foro ex hac lege prouocantis mouendam esse*, non ausim adserere.

Prouocatione ex l. diffamari coram quocunque iudice, etiam utriusque incompetenti prouocantem experiri posse, ceu communiori opinioni duplicit ex ratione calculum addit BERGERVS L. c. §. 20. altera, quod diffamans le ipso facto ad agendum, vbiunque diffamato visum fuerit, arctet, nouaque moribus introducta prorogationis iurisdictionis species videatur, altera, quod non interius diffamans, immo ei profit, propter concessam hoc ipso fori electionem quoad principala iudicium. Vtraque quoque non displicet BRUNNEMANNO ad l. 18. ff. de iurisd. n. 4. Verum quod primam attinet rationem, nihil adest, vnde diffamantem se ed qualecumque forum arctasse, suoque foro renunciasse vel conjectura adsequi possit. Prorogationem autem quandam iurisdictionis in propalata diffamatione latere, me quidem, fateor, latet. Neque enim est necessaria, quum reconuentio statim non posuerint terminos habiles, nisi ue est voluntaria, quippe quae ab unius voluntate non pender atque conuentione nititur, quam cum diffamato diffamantem ipso diffamationis facto misse hand equidem liquet. Si autem ideo nouam quandam speciem prorogationis diffamationem continere obuerteret BERGERVS, quoniam neque ad voluntariam, neque ad necessariam in reconuentio-

ne

ne contingentem prorogationem referri potuerit, non tam absonta est haec eius ratio, quam quidem quibusdam visa est, sed sufficientem tamen probationem eiusmodi nunc demum natae prorogationis iurisdictionis speciei adhuc desideraueris. Secundam autem rationem, quod diffamantis non intersit, neque extra dubitationis aleam vindicauit L D O V I C I l. c. §. 3: es hat sich auch, inquit, der diffamant bey dieser prouocation nichts zu befahren dass ihm von dem iudice incompetent zu nabe geschehen werde, welches sonsten bey einem rechten Processe leicht zu befürchten wäre, denn es wird ihm hier nichts weiter aufgeleget, als dass er beweisen soll, was er geredet, worüber er sich sogar nicht zu befähren weil es auch das natürliche Recht erfodert, und kein einziger Richter in der Welt anders sprechen kan. Sicuti enim in aliis processibus generibus rei interest, non confundi iurisdictionum limites, ita nulla idonea suppetit ratio, quare in prouocatorio processu omne eius interesse, metusque cesset, ne ab incompetenti iudice grauetur. Nec quae in aliis processibus adest, in hoc processu deest iudici incompetentib[us] parvibus nocendi occasio. Quidn v. c. posset iniuria iudicari, diffamanti incumbere diffamationis causiam probatam dare? vid. Schol. §. 2. Ponas iudici, quem suo pro lubitu adiit prouocans, diffamationis factae demonstrationem sufficientem reputare, quae parum vel nihil euincit. Sumas silentium ab incompetenti iudice prouocato imponi, quod aut contumax, aut diffamationis causiam satis non probauerit, maxime si ea nulla est actio, in qua sibi possit imputare, quod alibi, nempe in foro prouocantis ordinario non egerit, quum tamen reuera contumax non sit, suaque optime probatione defunctus fit. Nonne in hisce casibus et sexcentis aliis in prouocatum iniuriis est eiusmodi index? Commodum autem diffamanti inde oriundum, quod prouocatio alibi quam in eius competenti foro instituta, fere in auras abit. Nam aut ad agendum compellitur, aut non. Si prius, uihilominus principalem actionem in prouocantis competenti foro mouendam esse infra adparebit, sin posterius, in hoc ipso foro, in quo prouocauit, non in alio probationem suscipere deberet, sique id commodi in prouocatum redundare obuerteres, quod principalem actionem per modum reconuentio[n]is instituere possit in eodem, in quo prouocatio facta est, foro; nihilo tamen minus nec inui-

to eiusmodi commodum obtrudi potest, in primis quum alia ratione incommodo simul adficetur, suoque, quo fori intuitu gaudet, iure excidere deberet: nec in opposito casu statim idem illud commodum exul est. vide §. 19. Quare huic electioni fori, quae commodum erat, nihil dandum est. Id quoque difficultatis communi huic opinioni quidam obiciunt, quod a iudice intuitu prouocantis & prouocati incompetenti nulla proscisci possit arctans citatio. Sed suppose, quod quilibet index causam prouocationis iure cognoscere possit, citationem certe aut priuatim et quidem mediate, aut publice expedire poterit. BERGERO adsentitur quoque MEVIVS P. 3. Dec. u. 2. & 113. Sed alia & duplex in not. 3. ad Dec. u. 2. subiecta est ratio. Prima nititur argumento I. diffamari s. C. de ingen. manum. quo iam usus est BLAVERVS in rep. I. diffamari c. 4. n. 36. quem MEVIVS in not. cit. notabiliter ita scripsisse refert: *Quilibet index ordinarius aut praefes prouinciae id ipsum an ex lege nostra decernere possit, ex textu ipsis I. diffamari luculenter ac aliquoties patet, et ibi: quum affirmes diu praeisdem unum atque alterum etc. unde constat merito rectorum prouinciae, item ibi: aditus praefes prouinciae.* Sed unde tibi, BLAVERE, compertum est exploratumque, praefidem vnum atque alterum innuere quemcunque & incompetentem praefidem? quidni & competentes iudices, quorum unus alteri succedit, esse potuerint. Deinde frustra in cit. I. prouocationem ex practica I. diffamari quæsiueris. Altera ratio inde perita est, quod diffamatio species delicti sit, ideoque diffamans vbique tanquam coram indice competenti & ordinario conueniri possit. arg. I. 3. ff. de off. praef. Sed sublestam esse & hanc rationem, properea ad intelligendum facile est, quod nec semper diffamatio in delictum incidat (§. 2.). nec delictum vbique forum funder. Quamuis autem MEVIVS P. 3. Dec. 113. adeo forum quocunque admirerit, ut nullum etiam fori privilegium attendi velit, non defuerunt tamen, qui cum RIVINO Enunc. iur. t. 1. En. 29. in iudice iurisdictionem ratione causae principaliter tractandae desiderant. Opinionis, quod licet coram iudice quilibet prouocatio ex I. diffamari omnino fieri non possit, recte tamen instituatur apud iudicem prouocantis competentem inter alios, teste ill. ALEYSERO sp. 18. m. 4. ICtri Helmstadienses calculum adiecerunt. Sed quamvis maiorem veritatis speciem

* * *

speciem hanc prae se ferre sententiam haud inficias iuerim, nihilo tamen minus, si rem aduentius perpendimus, iudici ratione prouocantis competenti quidem, incompetenti tamen ratione prouocati non potior locus est, quam quidem iudex actoris in actione quadam contra reum instituenda admittendus est. Interim in Saxonia Elect: in ord. proc. recogn. c. 5. §. 6. prouocatio ad forum prouocantis adstringitur. Quod vero prouocationem ex l. si contendat adtinet, opinio, quam nostram non fecimus, pariter communis est. Testatur idem illud LVDOVICI l. c. c. 6. §. 7. sequentem in modum: *all die weil gegenwärtige prouocation keine vorbergehende diffamation des prouocaten erfordert, sondern so fort zu der Sache geschriften werden soll; so folget daraus von seßlen, daß selbige vor des prouocanten, als welcher der Beklagte werden soll, ordentlichen Richter angestellet werden müste, worinnen die Rechts-Lehrer, so der praxi kundig insgesamt übereinstimmen.* Idemque sentientes citat STRYKIVM, PANORMITANVM, ZANGERVM, BLARERVVM etc. Verum vtrum quod in hac prouocatione nulla praeuija diffamatione demonstratione opus sit, inde clarificat suppositum, valde dubito. Sufficit & hic omnem actionem in foro rei competenti esse mouendam, prouocationem autem ex l. si contendat ex actionum numero non posse eliminari. Neque obstat, quod prouocatus ex l. si contendat actor, prouocans vero ipse reus habendus videatur. Prouocans enim utique reus est, sed non in prouocatione, verum in processu principali, deinceps, contra quam seruare volumus exceptionem, mota actione. Quod tamen ad rem nihil hic facit, quum, vbinam principalis processus ventilandus, nondum quaeratur, sed vbi ex l. si contendat prouocario instituenda sciscitemur. Proinde eius forum adtendum erit, qui in ipsa prouocatione reus. Pedem hic figere possemus, quum pro scopo de competenti foro prouocationum ex vtraque lege iam differuerimus. Sed licet nihilominus de foro competenti iudicij principalis quaedam adhuc adiicere.

§. XVII.

Vbi actio principalis instituta prouocatio ex l. diffamari a diffamante actio principalis instituenda est, diffamans eandem in foro diffamati instituenda.

mati competenti mouere debet. Si enim praecedente prouocatione ex l. diffamari a diffamante principalis actio instituenda est, causa diffamationis fuit actio, quam iactanter sibi tribuit diffamans (§. 3.). Verum si prouocatus diffamans actionem sibi compere iactitauit, in processu principali, qui, instituta a diffamante principali actione, oritur (§. 6.), diffamans actor est (§ 8.), diffamatus vero reus (§. cit.). Sed actor sequitur forum rei (§. 13.). Proinde si instituta prouocatione ex l. diffamante actio principalis instituenda est, diffamans eandem in foro diffamati competenti moueat, necesse est.

Certe nec aliter res potest esse comparata. In iudicio enim prouocationis ex l. diffamari in proposito casu sententia iudicis si rite concepta est, prouocato saltim iniungit, ut agat, forum, in quo experiatur, non praescribit. Proinde eleganter scribit M. E. VIVS P. 3. dec. 212. *in illo: seilicet iudicio prouocationis, intenditur, ut agat, qui diffamat, non ubi agat.* Quid igitur habemus. quod in regula: actor sequitur forum rei & hic adquiescere nollemus. Optime adserendum nostrum suffulcit ordinatio cameraris l. c. vbi & hic notanda sunt verba: *sondern die Sache in beyden puncten der diffamation und Hauptache vor die ordentliche Gerichte gemiesen werden.* Nec possum, quin idem facientem & hic adducim CODICEM FRIDERICIANVM P. 3. T. 7. §. 4. cuius sequentia verba ad nostram rem faciunt: *wann der Diffamant der Rede und Diffamation geständig, auch daß diese be wahr sey bekräftigt, muß demselben anbefohlen werden, binnen 4 Wochen seine klage in des Prouocanten foro anzustellen: wann er solches nicht thut muß ihm ein ewiges Stillschweigen per sententiam auferleget, derselbe in die Unkosten condemniret und zugleich arbitrarie bestrafft werden.*

§. XVIII.

Quum itaque si competens rei forum sequutus sit *An competat actor, ei quoad hunc passum nullam fecerit iniuriam: si fori electio?*
D 2 *foro*

foro prouocantem diffamatum haud uno, competenti tamen, gaudere ponas; in arbitrio est prouocato diffamanti, in quoniam eius competenti foro principalem actionem mouere velit. (§. praec.).

Sic vtrum principalem actionem, si realis est, in foro domicilii, an in foro rei sitae iustituere, verum diffamarum in Camera imperii, an Iudicio aulico, in casu, quo vtriusque iurisdictione concurrit, eaque iamiam fundata est, conuenire malit &c. optio est prouocati, *MEVIVS P. 3. Dec. 212. n. 7.*

§. XIX.

*At in eodem
faro quo
prouocatio
ex l. diffamari
instituta
ta moueri
posset.*

*Si diffamanti prouocato contra diffamatum prouocantem diuerso vtentem foro iustiuita est principalis actio, causa que diffamationis iurisdictionem iudicis, coram quo prouocatio ventilata, non excedit: optio est prouocato diffamanti, vtrum in eodem, an in alio prouocantis competenti foro actionem principalem iustituere malit. Si actio principalis contra diffamatum instituitur a diffamante prouocato contra eum actio intenditur, qui contra agentem actionem mouit (§. 7.). Actio itaque principalis, si in eodem, quo prouocatio ex l. diffamari, foro instituta, locum facit re-conventioni, quae dumne causa iurisdictionem iudicis excedit, forum fundat competens, l. *cum PAPINIANVS 14. C. de sentent. & interl. omn. iud. & quidem cum diffamans diffamatusque diuerso foro vtantur (per hyp.), forum prorogatur iurisdictionis (§. 12.).* Proinde aliud praeterea diffamati prouocantis forum competens concurrexit (§. cit.). Quod quidem si obtinet, optio prouocato est, in quoniam prouocantis competenti foro principalem actionem mouere velit (§. 18.). Quare data sub hypothesi in arbitrio prouocati diffamantis est, vtrum in eodem, an in alio diffamati competenti foro principalem actionem mouere malit.*

Ea

Ea est DD. communis opinio, quod si vel maxime prouocatio ex l. diffamari in incompetenti foro instituta, prouocans diffamatus quidem ad hoc, in quo prouocauit, forum adstrictus sit, forique incompetens praescriptione excidat, integrum tamen nihilominus sit prouocato diffamanti, vtrum in hoc, an in alio competenti foro v.c. domicilii iudicium actionis intendere velit. WERNHER P. 1. Obs. 211. BERGER I. c. §. 22. MEVIVS P. 3. Dec. 212. & P. 1. Dee. 198. Intuitu prioris adseri rationem addit WERNHER I. c. sequentem in modum: *quodsi vero idem iudicium, in quo processus diffamatorius ventilatus est, eidem adrideat, illud diffamatus declinare & praescriptione fori incompetens se tueri nequit;* quum repudiare non possit iudicem, quem semel adiit & cuius sententiae caussam commisit. Quae aliena non est ab ea, quam Imperator inc. I. cum PAPINIANVS rationem suggerit sequentem: *cuius in agendo obseruat arbitrium cum habere & contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur.* Addit quoad totum adserendum limitationem WERNHER c. I. nisi aliud per rem iudicatam expresse iniunctum sit. Sed non erit, quod multum huic exceptioni demus. Quum principio, per modum reconventionis iudicium actionis principalis tractari posse subscriperimus; a nostris partibus non stat STRYCK in diff. ad I. cum PAPINIANVS 14. C. de sent. & interlog. omni iud. c. 4. §. 12. vbi sequentem in modum rationes suas subducit: *an in actione I. diffamari C. de ing. man. scilicet reconventioni locus? Respondeo, in ipso iudicto I. diffamari non potest locum sibi vindicare reconventionis, quum tunc sit magis prouocatio ad iudicium quam iudicium propriè sic dictum, nec diffamatus actoris locum obtinet, sed an ipse actorem sibi exposcit, qui contra se, si quid habeat iuris, tanquam paratum reum proponat. Ibi igitur diffamans in iudicio sese fessit, & litem intentatam prosequitur; diffamatus potius contra hunc, quam ipso contra diffamatum vicissim agere poterit & frustra est.* HIER. CAGNOLYS Tom. 2. srlt. ad d. I. diffamari, dum queriri, super quo libello prius sit pronunciandum, diffamati an diffamantis, qui iam per reconventionem vult petere id super quo silentium sibi erat imponendum: nam actio a prouocato instituta non reconuentio, sed simplex conuentio dicenda. Verum si etiam largirer, iudicium ex l. diffamari prouocationem ad iudicium aliquod inuoluere, diffamatum-

que actorem tantum non semper sibi exposcere, cuius postulata suis exceptionibus exciperet; ideo tamen, ut iudicium ex l. diffamari esse proprie sic dictum, in prouocatione ex eadem lege diffamatum actoris locum obtinere negarem, nondum a me imperare potui, quin STRYKIO adsentiens propria vineta caederem. Vide enim, quae §. 8. & in scholio ad §. 9. discussa sunt. In eam tamen pedibus eo STRYKII sententiam, quod, vbi prouocatus diffamans principali actione non in eodem, sed in ordinario diffamati foro expertus, diffamarus prouocans contra diffamantem, si quam aliam actionem habet, reconuentione vti, forumque prorogatae iurisdictionis in suos usus convertere possit. Sed utrum lis pendentia inducta per citationem ex prouocatione ex l. diffamari, si diffamatus plures habens judices, tamen alio, ac quidem qui in prouocatorio processu index fuit, actione principali a diffamante conueniatur, eique obstat exceptio litis iam pendentis, ancipitem interpretes agitari controueriam memorat ZANGER de Except. P. 2. C. 13. n. 14. Dantur, qui per eiusmodi citationem etiam in causa principali induci litis pendentiam opinantur. Sunt, qui propter citationem prouocati in prouocatione ex l. diffamari item in principali actione iam pendere negant, atque pernegant. Nec desunt, quibus ad palatum est distinctio utrum eiusmodi citatio imperata, ut diffamans in iudicio compararet ac nullum ius esse aduersus diffamatum cognosceret, nec ne; priorique in casu statuere visum est, litis pendentiam non modo respectu iudicii diffamatorii, sed etiam respectu causae principalis induci. Verum quin, qui litis pendentiam quidem in iudicio prouocatorio, neutquam vero ratione actionis principalis citatione eiusmodi inductam esse renunt, secundum eos lis danda sit nullus dubitabit probe perpendens, intuitu actionis cuiusdam nullam item pendere nisi citatio, quae litis pendentiam operatur, Clement. 2. ut lit. pend. nihil innov. ex eadem quoque emanaverit. Quod in proposito casu cessare vel luscus videt. Vide MEVIVM P. 1. Dec. 198. Eadem ratione per citationem ex prouocatione ex l. diffamari praevencionem iurisdictionis in iudicio actionis principalis nondum existere euictum dat GAILL, L. I. Obs. XI. per. tot.

§. XX.

§. XX.

Si instituta prouocatione ex l. diffamari in processu vbi processus principalis nulla mouenda est actio, processus principalis in principali eodem diffamantis foro ventilandus, in quo prouocatio instituta est. Si enim in processu principali nulla instituenda est actio, de eadem sibi competenti quoque diffamans gloriatus non est (§. 3.). Sed si diffamans prouocatus actio- nem sibi contra diffamatum prouocantem competere glo- riatus non est, in processu principali prouocatus vices rei sustinet (§. 9.). Quum igitur ut actor forum diffamati se- qui non possit, vt quidem in casu opposito (§. 17.), nec aliunde ulla adsit necessitas, quare probationi ipsi incum- benti in foro diffamati defungi debeat; si instituta prouo- catione ex l. diffamari in processu principali nulla mouen- da est actio, processus principalis in eodem diffamantis fo- ro ventilandus, in quo prouocatio instituta est.

Placent quas sequentem in modum rationes subducit
 SCHAVMBVRGIVS in princ. prax. iud. L. 2. C. 6. §. 8. n. 2. quod autem causum adtinet, vbi probatio magis veritatis, quam actio re- quiritur, non alienus sum a sententia, quam ruetur Ludonis in process. civil. c. 5. §. 19. quod se vel prouocatus ad probationem se obtulit, vel index eandem iniungit, ea praecise in hoc foro, vbi prouocatio est facta, suscipienda sit, quin naturae processus in se repugnet in alio iudicio probationem suscipere eius, super quo in alio iudicio discepitatum est. Si feliciter ibi nihil praeccelerit, quod non abs re- addit LUDOVICI l. e. §. 20.

§. XXI.

Si prouocatus ex l. si contendat in principali processu In quonam ipsum actionem, contra quam exceptionem conseruare satagit foro proce- prouocans, instituturus est, actionem hanc in foro prouo: sus principa- lis competenti mouere tenetur. Si prouocatus ex l. si prouocatio- condens-

nis ex l. si contendat ipsa actione in processu principali experturus contendat est, prouocans iu codem processu actor est (§. 10.). Sed actor sequitur forum rei (§. 13.); qui in proposita hypothesis in processu principali prouocans est (§. 10.). Quare data sub hypothesis actionem suam in foro prouocantis competenti moueat, necesse est.

Confer MENCKE Disp. ad proc. II. §. 21. seq. Nec aliena hic prorsus sunt, quae §. 28. & 19. discussa sunt.

§. XXII.

Vtterius ostenditur. Si prouocatus ex l. si contendat replica saltim in processu principali usurpus est, eandem proponere necessum habet in eodem suo foro, in quo ipsa prouocatio instituta est. Si enim prouocatus ex l. si contendat replica saltim vtitur, in processu principali prouocatus rei vices sustiner (§. 10.). Quum igitur vt actor prouocantis ceu rei in hoc processu forum sequi non possit, vti in opposito casu (§. 17.): nec aliunde quicquam impedit, quo minus in eodem prouocati foro processus principalis ventiletur; si prouocatus ex l. si contendat replica saltim in processu principali usurpus est, eandem proponere debet in eodem foro, in quo prouocauit.

Aqua adhuc multarum horarum deponenda fore, si omnem rem exhaustire satageremus. Sed huic lucubrationi destinato tempore praecluso prolixioribz, hic nobis esse non licet.

F I N I S.

halley, Diss.) 1751 $\pi(\pi-z)$



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Farbkarte #13



DE
**FORO COMPETENTI
PROVOCATIONVM**

EX
**PRACTICA L. DIFFAMARI V. C. DE
INGEN. MANVM. ET L. SI CONTENDAT XXVIII. I.
DF FIDEIVSSORIBVS.**

P R A E S I D E

IOANNE HARTWICH REVTERO

PROFESSORE IVRIS PUBLICO ET FACULTATIS IVRIDICAE ASSESSORE

AD DIEM MAII. MDCCCLI.

DISSERET

A V C T O R R E S P O N S V R V S

ADOLPHVS FRIDERICVS LOCCENIUS

STRELITZA - MEGAPOL.

HALAE MAGDEBURGICAE

L I T T E R I S H E N D E L I A N I S.